



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

CXXXIX. Joannes XIV. Anno Christi 984. Ottonis III. Reg. 2. Basil. & Const.  
9.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

CXXXIX.

## JOANNES XIV.

ANNO CHRISTI 984.

OTTONIS III. REG. 2. BASIL.  
& CONST. 9.

JOANNES XIV. *Petrus* antea di-  
 & *scus*, Episcopus Ticinensis, anno  
 984. summum Pontificatum obrinuit.

(1) Anno insequente, à Pseudo-  
 Pontifice Bonifacio VII, qui Con-  
 stantinopoli Romam redierat, in cu-  
 stodiam arcis Hadrianæ inclusus fa-  
 me, aut veneno absumptus est, cum  
*menses circiter octo* Pontifex fuisset.  
 Itaque Bonifacius VII. nece duorum  
 Pontificum infamis Apostolicam Se-  
 dem iterum occupavit. Sed eodem  
 anno repentinâ morte periit; quo  
 pariter anno Joannem nescio quem  
 Roberti filium & Pontificem ele-  
 ctum, & mortuum fuisse, apud anti-  
 quos scriptores legimus. Eum tamen  
 Romanis Pontificibus haud annu-  
 meramus, tum quia *nunquam fuit con-*  
*secratus*, ut existimat Papebrochius  
 in Conatu Chronico Historico, tum  
 maximè quia *verus Pontifex non fuit*,

Bar. an.

984. 6. 3.

Pag. § 1.

Bar. an.

985. 9.

1. 3.

Pag. §.

1. 2.

M m 4

ut

ut probabilius censet Pagius ad an.  
986. §. 4.

## ANNOTATIONES.

(1) Papebrochius in Conatu Chronico Historico apud Bolland. tom. 8. Maji pag. 168. *Mutandi nominis non eacausa fuit, que Octaviano, & Franconi paulo ante progressis, sed alia plena reverentia erga Apostolorum Principem; ob quam etiam successorum nemo, postquam mutandarum Pontificibus nominum consuetudo involuit, Petri nomen sibi arrogare presumpsit. Est autem res omnino admiranda & consideratione digna, quod cum Petri nomen jam inde à Constantini Magni aetate fuerit Roma frequentatum (ut constat ex Romanarum Synodorum subscriptionibus) ad hac tamen usque tempora nemini contigerit, cui Petri nomen obtingisset, etiam Petri successorem fieri in Apostolica Sede: quod nescio, an mere casui possit adscribi. Vide annotat. 1. ad Sergium II. & annotat. 2. ad Joannem XII.*

CXL.

JOANNES XV.

ANNO CHRISTI 985.

OTTONIS III. REG. 3. BASIL.

&amp; CONST. 10.

JOANNES ejus nominis XV. natione  
Romanus, ex patre Leone postea Pres-  
bytero